

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Conuersacio c
cum fonte primo

Magis mores commendant
statum quam status mores.
Etenim quo status inferior,
eo uirtus eminentior.

Ambrosius in quadam epistola.

Itaque emptus in Aegypti partibus
a seruo regio, cocorum praeposito,
non prosapiae nobilis conscientia
quasi germen Abramidarum dedignatus obsequia
vernacula fastidivit degenerem condicionem,
sed magis nauum se
et fidelem erili imperio praebuit,
alto intendens consilio nihil interesse,
in quo statu quis probabilem se praestaret,
sed illum esse finem bonorum,
ut in quocumque statu probarentur,
illudque praecipuum, si
magis mores commendarent
statum quam status mores.
Etenim quo status inferior,
eo uirtus eminentior.

Ambrosius Mediolanensis, *Epistolae*, 36.19
(CSEL 82.2, M. Zelzer ed., p.13, ll.212-222).